

Nos Philipus Dei gratia Rex Castellæ &
 Iulia rex Reges Aragonum, predecessores
 nostros, subditos et vassallos suos merito con-
 cessa sunt libenter approbare, et confirmare
 solemus; Hinc est, quod rex fidelis nostrum
 Joannem Ollex dictum de los Peñoræ cuius
 potestate nobis plena constitit, fuit nobis
 oblatum, et presentatum quoddam Regium
 privilegium per Sexcentissimum Dominum
 Petrum Regem Aragonum predecessorem
 nostrum dictæ villæ concessum, cuius tenor
 sic se habet. Novimus Inveniri, quod
 Nos Petrus, Dei gratia Rex Aragonum &
 Valentie rex Iurator, et Pauperes homines
 et Universitatem loci et termini de Villa
 Sicca de Comuni Campi Tarracone favore
 pro Regni gratioso, ad humilem suppli-
 cationem vestram, super hoc nobis fac-
 tam, per Nos, et nostros, gratis, et ex cea-
 ra scientia cum presenti privilegio per-
 petuo valituro erigimus, et francos
 liberos, et immunes facimus vos dictos
 Iuratores, et Universos, et singulos Pauperes

homines, et habitatores dicti Loci Villa Sice
re comuni et ipsius Examini, presentes
pariter, et futuros per omnia et singula
Loca Regnorum et terrarum nostrarum,
qua hodie tenemus, seu habemus, et in an-
tea dante Domino nos vel nostri acqui-
sivimus, seu acquirere potuimus, tam
per terram, quam per Mare, et quem-
libet aquam dulcem ab omni Leda, pe-
dagio, monetario, portatice, passio, exba-
tico, Camalagio, atque xibatico. Itaque
in aliqua, seu aliquibus Civitatibus et Lo-
cis Regnorum et terrarum predicta-
rum vos vel aliqui vestrum, et Succes-
sorum vestrum, illi videlicet vestrum
qui eritis, et exunt de contributione
vestra dumtaxat, et non alii, Nullo un-
quam tempore non detis, nec dare, aut
solvere teneamini pro aliquibus mex-
icis, seu rebus vestris, et vestrorum
quas emetis, et ement, seu vos detis
aut venderet portatice seu portari

feceritis, et facient, Ledam aliquam pe-
dagium, Pennum, Mexicaticum, Porta-
ticum, Passagium, Exbaticum, Camalagi-
um, sive Xibaticum, imo vris et pre-
dictis omnibus, et singulis vos, et vris per-
petuo liberi, et immunes. Mandamus
itaque per presens privilegium nos-
trum, Gubernatori nostro generali eiusq[ue]
vires gerentibus, necnon Vicariis, Prae-
sulis, Mexicis, Indiciis, Ledariis, Pedagariis, et
aliis quibuscumque officialibus nostris presen-
tibus, et futuris, quatenus hanc tranqui-
tatem nostram firmam habeant et obser-
vent, et non contraveniant nec aliquem
contravenire permittant aliqua cau-
sa, vel ratione. Pro hac enim concessione
huiusmodi a vobis habuimus centum flo-
renos, Aurei & Aragonis, quos, fidei &
Consilii nostro Petrus & Nallo Regenti pro
nobis Thesaurariam nostram, nostro
nomine tradidistis. In cuius rei testi-
monium presens privilegium nostrum

fixi fuimus nostro Sigillo Magentis
munto. Dat. Tarracone 4. Medii
anno a Nat. Domini 1370. regniue nos-
tri 35. Visa Thomeus. Humiliter sup-
plicando ut privilegium predictum, et
omnia, et singula in eo contenta lauda-
re, approbare, ratificare, et confirmare
de nostra solita benignitate dignaremur.
Nos vero Predecessorum nostrorum Res-
tigia sapientes imitare; Tenore huius-
modi Carta nostre, de certa nostra Sci-
entia deliberate et consulto predictum
et premissum privilegium, et omnia, et
singula in eorum contenta, a prima
linea usque ad ultimam eorundem lau-
damus, approbamus ratificamus, et con-
firmamus, prout melius, et plenius pre-
dicta Universitas, et eius Singulares
autem vii fuerunt et sunt in posesio-
ne eorundem, nostreque huiusmodi lau-
dationis, approbationis, ratificationis,
et confirmationis munimine roboramus,

et validamus: Volentes et expresse decerne-
re, quod nostra huiusmodi confirmatio,
ut prehabetur dicti privilegii semper
inserti dicta Universitati villa Reia, et
eius Singularibus tam in iudicio, quam
extra semper, et ubique stabilis, realis,
et firma nullum sentiens diminutionis
incommodum, impugnationis obiectum,
aut nosse alterius detrimentum, sed in
suo semper robore, et firmitate persis-
tat; Supplentes de eadem carta scientia
regique auctoritate omnes, et quoscu-
unque Defectos, et Solemnitatum
omissiones, et qui, vel que in premis-
is et eorum singulis intervenierint, aut
annotata, fuerint et in similibus requi-
rantur. Illis tribus propterea spectabili-
bus, Venerabilibus, Nobilibus, et magnificis
dilectis Consiliariis nostris quibuscumque
Locumtenentibus, et Comitibus Ham-
lionis, et Censuribus, Cancellariis, Vice-

cancellario, regenti Cancellariam, Doctori-
bus nostre Regie Audiantie, regenti Offi-
cium nostre generalis Gubernationis, et ge-
rentibus vias eiusdem, Baiulis genera-
libus, et Promotoribus Regie, nec non
Procuratoris nostre, et eius Locumtenen-
ti, Procuratoribus, Baiulis, Fabricariis, Subba-
iulis, Alguazilibus, Virgariis, Portariis,
ac ceteris quibuscumque officialibus
nostris constitutis, seu constituendis,
et eorum Locumtenentibus, seu officiis
ipsa regentibus presentibus et futuris
precipimus, et iubemus ad incursum
nostre Regie indignationis, et vice
penaque florenorum auxi Aragonum
mille, nostris inferendorum Excommunicationis,
quod premissum privilegium, et
omnia, et singula in eo contenta
dicta Universitati, et Singularibus
eiusdem teneant firmiter, et observent
ac tenent, et observant inviolabiliter

faciant per quos deest, cauti et eius agere
flexive permittere aliqua ratione, seu cau-
sa, si dicti officiales, et subditi preter ini-
et indignationis nostre incursum, penam
preappositam cupiunt evitare. In cuius
rei testimonium presentem fieri iussimus
nostro Regio communi sigillo, quo nostri
Locumtenentes, et Capitanei generales
presentis Principatus Cathalonie, et Com-
mittatum Rossilionis, et Ceritanie utru-
que impendenti munitam, quia in prom-
tu non est sigillum regium communis nos-
trum. Dat. in nostra Civitate Bauchinona

die ultimo mensis anno a Nat. Domini
1599. Reg. ourumq. nostrorum Anno 2.
Jo el Rey.

Dominus Stephanus mandavit michi don Pedro
Fanguesa. Pica per Covarrubias Vicecom-
cellarium; Sabater Regentem Cancellaria-
m. Fontanet pro generali Thesauraria-
rio, et me conservatorem generalem.
Via. Mag. confirmata a la villa de Villaseca los pri-
vilegios, a qui contenidos.

Confirmacio feta per lo Rey
en Philip 3. de una N. Privilegi conce-
dida per lo Rey D. en P. 3. a la villa
de Crdaga.

1599

1895